



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 50. Multi Roman in Causa S. Joannis Pontificem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. dum Schisma totum Orientem divide
 A.C. 404. Tandem finem scribendi facit in hoc

p. 20.

modum: *quæ cum ita sint, rogo te,*

p. 21.

Epistolas scribas, in quibus ea omnia

lius esse roboris pronuncies, () quæ con-*

tra me acta sunt, & mihi tuam concessam

Communione, sicut hucusque concessisti

quia damnatus sum inauditus, & coram

Tribunali non suspecto defendere me

latenus recuso.

§. L.

*Multi Romam in causa S. Joannis
 delegantur.*

Papa acceptis his epistolis dedit respon-

sorias, in quibus suam Communi-

nem neutri Parti subtrahit. Re-

Theophili Sententia contra Canones

p. 23. ta, dicebat, convocandum esse Con-

cilium, in quod nulla suspicio sinistra ca-

deret; in eo sederent Patres Occiden-

tales, & Orientales. Amici primum, &

deinde inimici ex Judicum numero ex-

pungerentur. Paucos post hæc dies al-

quis ex Theophili Presbyteris, nomine

Petrus, cum Martyrio Diacono Constans-

tinopolitano, Romam advenit, reddidit-

que Papæ Theophili epistolas, & quædam

Acta,

(*) Durch diese Begebenheit wird herrlich er-
 wiesen, daß die Constantinopolitanische Kirche die
 Gerichtsbarkeit der Römischen anerkannt.

Acta, ex quibus apparebat, Joannem a ^{Sæculum V.} A. C. 404.
 triginta sex Episcopis, quorum viginti
 novem Ægyptii erant, fuisse condemna-

tum. Nempe hæc erant Acta Concilii
 ad Quercum. Innocentius Papa, his
 perlectis, videns, accusationis momenta
 non fuisse gravia, & Joannem absentem,
 multo magis Theophili factum damna-
 bat, quod severissimum judicium pronun-
 ciaffet in absentem; ad ejus epistolas ve-
 ro respondit in hunc modum: *Frater*
mi, Theophile! ambos Communione no- p. 24
stra complectimur, & te, & Fratrem no-
strum Joannem, quod tibi jam in priori-
bus nostris epistolis significavimus, & id
toties tibi rescribemus, quotiescunque ad
nos litteras dederis. Si omnia mature
pensentur, quæ per collusionem acta fuere,
impossibile est, ut absque justa causa a Jo-
annis Communione recedamus. Si ergo
confidis, justum fuisse tuum Judicium, in
Concilio, quod Deo dante celebrandum est,
te siste, & Accusationes proba secundum
Canones Nicenos; etenim Ecclesia Roma-
na non novit alios. His ultimis verbis vo-
lebat dicere, nullam sibi Canonum Antio-
chenorum esse rationem. Itaque Papa,
dimissis Theophili Delegatis, preces & je-
junia imperavit, quibus placaretur Deus,
atque concordiam in Ecclesiam reduce-
re dignaretur.

Paulo

Sæculum V.
A.C. 404.

Paulo post Romam venit Presbyter
Constantinopolitanus, nomine Theote-
nus, qui Papæ reddidit epistolas, a Con-
cilio Episcoporum ferme viginti quinque
S. Chrysostomi causam tuentium, in
committas; in iis referebant, Episcoporum
opera armatorum Constantinopoli expo-
sum, & Cucufam in Exilium missum, Eccle-
siam flammis consumptam. Papa etiam
p. 25. Theoteco Communionis litteras dedi-
Joanni, iisque, qui cum ipso communi-
cabant, reddendas. Scribens inter lacry-
mas hortabatur, ut patientiæ clypeo se
muniret, nec enim se posse, ut vellet, his
rebus mederi, ob quorundam, qui ob-
sterent, potentiam. Cum pauci exinde
dies effluxissent, venit vir brevis staturæ,
& prope temnendi vultus, at exquisitæ
calliditatis. Huic nomen Paternus,
Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyterum
se dicebat, & ex ipsius sermonibus
constabat, adversus S. Joannem acerrime
esse commotum. Is Acacii, Pauli, Antiochi,
Cyrini, Severiani, & paucorum aliorum
reddidit epistolas, in quibus Joannes
Ecclesiam Constantinopolitanam incendisse
accusabatur. (*) Clerici Romanum

(*) Daß nicht nur allein der Heilige Joannes Chrysostomus, sondern auch die Bischöfe seine Feinde den Richterstuhl des Römischen Bischofs erkannt, wird aus dieser Stelle dargethan.

mani falsam esse hanc accusationem ju-
dicabant, quod Joannes in celebri Con-
cilio suæ Partis Episcoporum hujus ne-
quidem mentionem fecisset; Innocen-
tius Papa indignas credidit, quibus re-
sponderet.

Post paucos dies, Cyriacus Episcopus
Synnadenensis in Phrygia Romam pervenit,
dicens, fugere se compulsus propter Edi-
ctum, quo illi, qui cum Theophilo, Arsa-
cio, & Porphyrio communicare detrecta-
rent, ab Episcopatu deponi, eorumque
Bona Fisco addici, jubebantur; nempe
Lege lata decima octava Nov. ann. 404.
cujus meminimus. Interim S. Chryso-
stomus sapius e loco sui Exilii ad S. Cy-
riacum litteras dederat, & de pertinaci-
ejus silentio querebatur; postea vero
scripsit, ut solatium suggereret. Haud diu
post Cyriaci adventum venit Eulysius
Episcopus Apamiensis in Bythinia, affe-
rens Epistolas ab Episcopis quindecim ex
Concilio S. Joannis, & a Sancto Sene Any-
sio Thessalonicensi. Episcopi quindecim
referebant, immane quantum urbs Con-
stantinopolitana affligeretur. Anysius
causam suam Ecclesiæ Romanæ judicio
commendabat. Et quæ Eulysius narra-
bat, iis, quæ Cyriacus attulerat, erant con-
sentanea. Post unius Mensis spatium,
Palladius Episcopus Helenopolitanus Ro-
mam delatus, nullas habebat epistolas;
dicebat,

Sæculum V.
A. C. 404.

Causa S. Jo-
annis Chry-
sostomi.

p. 26.

L. ult. Cod.
Th de his
qui sup.
Rel.

Chrysf. ep.
144. al. 202.
ep. 143.

Sæculum V. dicebat, coactum se Magistratum sum-
A. C. 404. ri cedere, & exhibebat exemplar Edicti
 in quo præcipiebatur, ut ædes omnium
 illorum, qui Episcopum, vel Clericum
 occultarent, aut quemcunque cum Jo-
 ne communicantem in domum suam

L. 37. C. Th. de Episc. Pall. p. 27. Sup. l. XX. §. 3. ciperent, Fisco adscriberentur. Nimi-
 rum hæc Lex est 28. Aug. anno 404. la-
 ta. Post Palladium Romam venerunt
 Germanus, & Cassianus, iidem illi, qui
 juvenes vitæ Monasticæ ad sueverant, &
 in itinere societate Monasteria Aegy-
 pti inviserant. Exinde S. Chrysostomum
 secuti, Germanus ab eo Presbyter, &
 Cassianus Diaconus fuerant ordinati. Ipse
 quoque dicendo vix erant, quantam
 hostium Ecclesia sua pateretur. Præterea
 exhibebant commentarium rerum præci-
 sarum, quas Studio Constantinopolis Præ-
 fecto, Eutychiano Prætorio Præfecto, Jo-
 anne Thesauri Custode, Eustathio Qua-
 store, & Tabellionibus, seu Notariis præ-
 sentibus tam aureas, quam argenteas, ve-
 stesque tradiderant, ne Episcopum Jo-
 nem calumniandi locus esset.

Interim Innocentius Papa ad S. Chry-
Ap. Sozom. VIII. c. 26. sostomum dedit epistolam consolatoriam,
 quam Cyriacus Diaconus detulit; exhor-
 tatur, ut bonæ suæ conscientiae testimo-
 nio nixus adversa fortiter toleret. Scri-
 psit in eundem sensum ad Clericos Con-
 stantinopolitanos, qui Joanni obediebant,
 nam

nam pars eorum Arsacium sequebatur. ^{Sæculum V.}
 Hoc nempe fuit responsum ad epistolas ^{A.C. 404.}
 eorum, quas ferentibus Germano, & Cas-
 siano acceperat; etiam mentionem facit,
 Episcopos Demetrium, Cyriacum, Euly-
 sium & Palladium jam tunc Romam ad-
 venisse. Insuper Innocentius Papa in
 hae Epistola Ecclesiæ Constantinopolita-
 næ mala deplorat, præsertim quod Epis-
 copus in Episcopi viventis, & innocentis,
 locum per contemptum Canonum fuerit
 intrusus; declarat, nescire se alios Cano-
 nes præter Nicenos. Canones autem ab
 Hæreticis procusos, secundum Conci-
 lium Sardicense, etiamsi aliunde rationi
 concordarent, esse rejiciendos. Tantis
 malis remedium dicit esse necessarium,
 Concilium Æcumenicum convocare,
 jamque diu antea sibi opinionem sedisse,
 esse congregandum. Interim quæ mu-
 tari non possint, patienter ferenda, &
 fiduciam in Deo ponendam. (*)

§. LI.

(*) Schon im vorhergehenden Spho ist der Herr
 Fleury dem Anonymus I. verdächtig, als wollte er
 die Auctorität der Päbste verkleinern, weil er sa-
 get: in der Folge des Briefes des Heil. Chrysa-
 stomus an den Pabst Innocentius, sey die Rede
 nicht mehr an einen, sondern an mehrere Per-
 sonen gerichtet, ohne Zweifel, weil er glaubete,
 der Pabst würde ein Concilium zusammen be-
 rufen; und sehet zuletzt die Worte hinzu: es
 Hist. Eccles. Tom. V. Z. wär